

Lehrerfortbildung des DAV (Speyer), 15./16. Mai 2006

„Plautus' *Rūdēns* als Eingangslektüre:
Traumwelt zwischen U und E“

Materialien für die Arbeitsgruppen

Dramatis personae

Arcturus		stella (prologus)	<i>Pl</i>	Plesidippus	adulescens
<i>Da</i>	Daemones	senex	<i>Tr</i>	Trachalio	servus eius
<i>Sc</i>	Sceparnio	servus eius	<i>La</i>	Labrax	leno
<i>Gr</i>	Gripus	item, piscator	<i>Ch</i>	Charmides	hospes eius
<i>Pa</i>	Palaestra	mulier		sacerdos Veneris	
<i>Am</i>	Ampelisca	mulier		piscatores	

Arbeitsgruppen

- AG I: „Weltbild“
- AG II „Lied der Fischer“ und „Traum des Gripus“
- AG III „Anmache an der Haustür“
- AG IV „humanitas“
- AG V „Wer den Schaden hat, braucht für den Spott nicht zu sorgen“

AG I
„Weltbild“

Prolog (1. Teil)

Qui gentis omnis mariaque et terras movet,
 eiius sum civis civitate caelitem.
 ita sum ut videtis splendens stella candida,
 signum quod semper tempore exoritur suo
 5 hic atque in caelo: nomen Arcturo est mihi.
 noctu sum in caelo clarus atque inter deos,
 inter mortalis ambulo | interdus.
 et alia signa de caelo ad terram accidunt:
 qui est imperator divom atque hominum Iuppiter,
 10 is nos per gentis alios alia disparat.
 qui facta hominum moresque, pietatem et fidem
 noscamus, ut quemque adiuvet opulentia.
 qui falsas litis falsis testimoniis
 petunt quique in iure abiurant pecuniam,
 15 eorum referimus nomina exscripta ad Iovem;
 cottidie ille scit quis hic quaerat malum:
 qui hic litem apisci postulant peiurio
 mali, res falsas qui impetrant apud iudicem,
 iterum ille eam rem iudicatam iudicat;
 20 maiore multa multat quam litem auferunt.
 bonos in aliis tabulis exscriptos habet.
 atque hoc scelesti | in animum inducunt suom,
 Iovem se placare posse donis, hostiis:
 et operam et sumptum perdunt; id eo fit quia
 25 nihil ei acceptumst a peiuris supplici;
 facilius si qui pius est a dis supplicans
 quam qui scelestust inveniet veniam sibi.
 idcirco moneo vos ego haec, qui estis boni
 quique aetatem agitis cum pietate et cum fide:
 * * * <Lücke ?>
 30 retinete porro, post factum ut laetemini.
 nunc huc qua caussa veni argumentum eloquar

1191 *Da* Pro di immortales! quis me est fortunatior,
 qui ex improviso filiam inveni meam?
 satin si quooi homini di esse bene factum volunt,
 aliquo illud pacto obtingit optatum piis?

Prolog (2. Teil): „Komplizierte Vorgeschichte“

Es spricht weiterhin der Stern *Arcturus*:

33	<i>Diese Stadt heißt Cyrene; illic habitat Daemones</i>	<i>illic dort</i>
	<i>in agro atque villa proxuma propter mare,</i>	<i>propter nahe bei</i>
35	<i>senex, qui huc Athenis exsul venit, hau malus;</i>	<i>hau = haud = non</i>
	<i>neque is adeo propter malitiam patria caret,</i>	<i>neque adeo (steigernd)</i>
	<i>sed dum alios servat se impedivit interim,</i>	<i>geschweige denn</i>
	<i>rem bene paratam comitate perdidit.</i>	<i>se impedire sich in</i>
	<i>huic filiola virgo periit parvola.</i>	<i>Schwierigkeiten bringen</i>
		<i>comis freundlich</i>
		<i>perire verlorengehen</i>
40	<i>eam de praedone vir mercatur pessumus,</i>	<i>die Tochter heißt: Palaestra</i>
	<i>is eam huc Cyrenas leno advexit virginem.</i>	<i>praedo Räuber</i>
	<i>adulescens quidam civis huius Atticus</i>	<i>huc hierher</i>
	<i>eam vidit ire e ludo fidicinio domum,</i>	<i>leno Mädchenhändler</i>
	<i>amare occepit: ad lenonem devenit</i>	<i>civis Mitbürger</i>
		<i>der Mann heißt: Plesidippus</i>
		<i>ludus Schule</i>
		<i>fides Laute, Lyra</i>
		<i>occipere = incipere</i>
		<i>der leno heißt: Labrax</i>
45	<i>minis triginta sibi puellam destinat</i>	<i>mina Mine (Münzeinheit)</i>
	<i>datque arrabonem et iure iurando alligat.</i>	<i>arrabo Anzahlung</i>
	<i>is leno, ut se aequom est, flocci non fecit fidem</i>	<i>ut se aeq. est typisch für ihn</i>
	<i>neque quod iuratus adolescenti dixerat.</i>	<i>fl. non facere aq. pfeifen auf</i>
	<i>ei erat hospes par sui, Siculus senex</i>	<i>hospes Gastfreund</i>
50	<i>scelestus. [...]</i>	<i>scelestus böse</i>
	<i>is illius laudare inquit formam virginis</i>	<i>inquit = incipit</i>
	<i>et aliarum itidem quae eius erant mulierculae.</i>	<i>itidem ebenso</i>
	<i>inquit lenoni suadere ut secum simul</i>	
	<i>eat in Siciliam: ibi esse homines voluptarios</i>	<i>voluptarius genussüchtig</i>
55	<i>dicit, potesse ibi eum fieri divitem,</i>	<i>potesse = posse</i>
	<i>ibi esse quaestum maxumum meretricibus.</i>	<i>dives, divitis reich</i>
	<i>persuadet. navis clanculum conducitur,</i>	<i>quaestus Verdienst</i>
	<i>quidquid erat noctu in navem comportat domo</i>	<i>clanculum = clam</i>
	<i>leno; adolescenti qui puellam ab eo emerat</i>	<i>conducere mieten</i>
		<i>emere kaufen</i>

- 60 ait sese Veneri velle votum solvere
 (id hic est Veneris fanum) et eo ad prandium
 vocavit adolescentem huc. ipse hinc ilico
 conscendit navem, avehit meretriculas.
 adolescenti alii narrant ut res gesta sit,
- 65 lenonem abisse. ad portum adolescens venit:
 illorum navis longe in altum abscesserat.
 ego quoniam video virginem asportarier,
 tetuli et ei auxilium et lenoni exitum simul:
 increpui hibernum et fluctus movi maritimos.
 [...]
- 72 nunc ambo, leno atque hospes, in saxo simul
 sedent eiecti: navis confracta est eis.
 illa autem virgo atque altera itidem ancillula
- 75 de navi timidae desiluerunt in scapham.
- vo. solvere *Gelübde erfüllen*
 fanum = templum
 eo *dorthin*
 huc *hierhin*, hinc *von hier*
 ilico *sofort*
 avehere *fortbringen*
- altum *das hohe Meer*
 ego *der Stern Arcturus*
 asportarier = asportari
 tetuli = tuli
 exitus, us *Ende, Untergang*
 incr. hib. *ich ließ einen Sturm ertönen*
- ambo *beide*
- desilio *herabspringen*
 scapha *Boot*

„Störung beim Renovieren“

Da und *Sc* sind dabei, nach dem Sturm das Dach zu reparieren;
Pl kommt hinzu (er sucht *La*)

- 103 *Pl* pater salveto, amboque adeo! *Da* salvo' sis. salveto = salve
Sc sed utrum tu masne an femina es, qui illum patrem
- 105 voces? *Pl* vir sum equidem. *Sc* quaere vir porro patrem. porro in der Ferne
Da filiolum ego unam | habui, eam unam perdidit;
virile sexus numquam ullum habui. *Pl* at di dabunt. virile männlich
Sc tibi quidem hercle, quisquis es, magnum malum, zu ergänzen: di dabunt
qui oratione hic occupatos occupes. hercle beim Herkules!
- 110 *Pl* istic in vos habitatis? *Sc* quid tu id quaeritas? istic dort, da
quon furatum mox venias, vestigas loca? quaeritare ~ quaerere
furatum um zu stehlen
Pl peculiosum esse addecet servom et probum, vestigare aufspüren
peculiosus teuer
[...] qui inclementer dicat homini libero
- 115 *Sc* et inpudicum et inpuidentem hominem addecet molestum ultro advenire ad alienam domum,
quoi debeatur nihil. *Da* tace, Sceparnio.
quid opust, adulescens? *Pl* istic infortunium, infortunium Strafe, Prügel
qui praefestinet, ubi erus adsit, praeloqui. praefestinare sich sehr beeilen
erus = dominus
- 120 sed nisi molestumst paucis percontarier percontarier = percontari sich erkundigen
volo ex te. *Da* dabitur opera atque in negotio.
Sc quin tu in paludem is exsecasque harundinem palus Sumpf harundo Schilf,
qui pertegamus villam, dum sudumst? *Da* tace. Rohr secare schneiden
qui womit pertegere decken
sudum schönes Wetter
- 125 ecquem tu hic hominem crispum, incanum videris, ecquis? jemand?
malum, peiurum, palpatores... crispus Krauskopf
Da plurimos, incanus ganz grauhaarig
palpator Schmeichler
nam ego propter eiusmodi viros vivo miser. eiusmodi viri solche Männer

AG II

„Lied der Fischer“ und „Traum des Gripus“

290	Omnibu' modis qui pauperes sunt homines miseri vivont, praesertim quibu' nec quaestus est neque didicere artem ullam: necessitate quidquid est domi id sat est habendum. nos iam de ornatu propemodum ut locupletes simus scitis: hisce hami atque haec harundines sunt nobis quaestu et cultu.	 quaestus <i>Gewerbe, Verdienst</i> necessitate <i>notwendigerweise</i> ornatus, us <i>Ausrüstung</i> hisce = hi hamus <i>Haken</i> harundo <i>Angelrute</i>
295	cottidie ex urbe ad mare huc prodimus pabulatum: pro exercitu gymnastico et palaestrico hoc habemus; echinos, lopadas, ostreas, balanos captamus, conchas, marinam urticam, musculos, [...]; [...]	 pabulatum (<i>Supin</i>) <i>um etwas zu Essen zu holen</i> pro+Abl. <i>anstelle von</i> <i>Seeigel, Schnecken, Austern, Meereicheln (Muschelart), Muscheln, Seenesseln, Miesmuscheln [...],</i>
300	cibum captamus e mari: si eventus non evenit neque quicquam captumst piscium, salsi lautique pure domum redimus clanculum, dormimus incenati. atque ut nunc valide fluctuat mare, nulla nobis spes est: nisi quid concharum capsimus, incenati sumu' profecto.	 captare < capere salsus <i>salzig</i> lautus v. lavare incenatus < cena capsimus = ceperimus
„Traum des Gripus“		
928	<i>Gr</i> nunc sic faciam, sic consilium est: ad erum veniam docte atque astu. pauillatim pollicitabor pro capite argentum ut sim liber.	 astus, us <i>List</i> pauillatim = paulatim
930	iam ubi liber ero, igitur demum instruam agrum atque aedis, mancupia, navibu' magnis mercaturam faciam, apud reges rex perhibebor.	 perhibere <i>sagen, nennen</i>
933	[...] oppidum magnum communibo; ei ego urbi Gripo indam nomen, monumentum meae famaе et factis, ibi qui regnum magnum instituam.	

AG III

„Anmache an der Haustür“

(cf. 131-137:

Da berichtet, dass alle immer von ihm Gefäße und Wasser für Opfer im Tempel ausleihen)*Am* soll vom Haus des *Da* Wasser für das Opfer im Tempel holen

- 414 *Sc* Quis est qui nostris tam proterve foribus facit iniuriam? *protervus ungestüm*
Am ego sum. *Sc* hem! quid hoc boni est? eu edepol specie lepida mulierem!
Am salve, adulescens. *Sc* et tu multum salveto, adulescentula.
Am ad vos venio. *Sc* accipiam hospitio, si mox venies vesperi,
item ut adfectam; nam nunc nihil est qui te mane munerem.
sed quid ais, mea lepida, hilara? *Am* aha! nimium familiariter
420 me attrectas. *Sc* pro di immortales! Veneris effigia haec quidem est. *attr. anfassen*
ut in ocellis hilaritudo est, heia, corpus quousmodi,
423 vel papillae quousmodi, tum quae indoles in saviost!
Am non ego sum pollucta pago. potin ut me apstineas manum? *polluceo aufstischen*
425 *Sc* non licet te sic placide bellam belle tangere?
Am otium ubi erit, tum tibi operam ludo et deliciae dabo;
nunc quam ob rem huc sum missa, amabo, vel tu mi aias vel neges.
Sc quid nunc vis? [...]
- 430 *Am* haec sacerdos Veneris hinc me petere aquam iussit sibi.
Sc at ego basilicus sum: quem nisi oras guttam non feres. *basilicus königlich*
nostro illum puteum periclo et ferramentis fodimus. *puteus Brunnen ferramenta pl.*
nisi multis blanditiis a me gutta non ferri potest. *Werkzeug*
Am qur tu aquam gravare, amabo, quam hostis hosti commodat?
- 435 *Sc* qur tu operam gravare mihi quam civis civi commodat?
Am immo etiam tibi, mea voluptas, quae voles faciam omnia.
Sc eugepae! salvos sum, haec iam me suam voluptatem vocat.
dabitur tibi aqua, ne nequiquam me ames. cedo mi urnam. *Am* cape.
propera, amabo, efferre. *Sc* manta, iam hic ero, voluptas mea. *manta = mane*

892 *Da* Bene factum et volup est me hodie his mulierculis
tetulisse auxilium. iam clientas repperi,

atque ambas forma scitula atque aetatula. *scitus fein*

895 sed uxor scelesta me omnibus servat modis,
ne quid significem quippiam mulierculis.

„Ein Fischer im Glück“

Gr, ein Sklave des Daemones (Fischer):

906	Neptuno has ago gratias meo patrono, qui salsis locis incolit pisculentis, quom me ex suis locis pulchre ornatum expedit. [...].	salsus <i>salzig</i> pisculentus <i>reich an Fischen</i>
924	nam qui dormiunt lubenter, sine lucro et cum malo quiescunt. nam ego nunc mihi, qui inpiger fui, repperi, ut piger – si velim – siem: hoc ego in mari quidquid hic inest repperi. quidquid inest, grave quidemst; aurum hic ego inesse reor; nec mihi conscius est ullus homo.	lucrum <i>Verdienst</i> inpiger <i>eifrig</i> piger <i>faul</i> reor <i>ich meine</i> consciis <i>Mitwisser</i>
	--> es folgt der Traum des <i>Gr</i> , siehe S. 7	

„Streit um den Koffer“ (hier kommt endlich *das Seil* vor)

938	<i>Tr</i> Heus, mane. <i>Gr</i> quid maneam? <i>Tr</i> dum hanc tibi quam trahi' rudentem complico. <i>Gr</i> mitte modo. <i>Tr</i> at pol ego te adiuvo; nam bonis quod bene fit hau perit.	trahere <i>hinter sich herziehen</i> complicare <i>zusammenwickeln</i>
963	<i>Tr</i> vidulum istum quoius est novi ego hominem iam pridem. <i>Gr</i> quid est? <i>Tr</i> et quo pacto periit. <i>Gr</i> at ego quo pacto inventust scio	iam pridem <i>schon längst</i> quo pacto <i>wie, auf welche Weise</i>
965	et qui invenit hominem novi et dominus qui nunc est scio.	
967	ego illum novi quoius nunc est, tu illum quoius antehac fuit. hunc homo feret a me nemo, ne tu te speres potis.	potis esse = posse

Schließlich einigen sie sich darauf, einen Schiedsrichter zu fragen, Daemones

„Das wiedergefundene Kästchen“

Tr und Gr mit dem Koffer bei Da und Pa

- 1109 Tr cistellam isti inesse oportet caudeam in isto vidulo,
ubi sunt signa qui parentes noscere haec possit suos. caudeus aus Binsen
geflochten
qui womit, wodurch
- [...]
- 1134 Pa ibi ego dicam quidquid inerit nominatim: tu mihi
nullum ostenderis; si falsa dicam frustra dixero,
vos tamen istaec quidquid isti inerit vobis habebitis;
sed si erunt vera, tum obsecro te ut mea mihi reddantur.
Da placet.
- 1142 solve vidulum ergo, ut quid sit verum quam primum
sciam
Gr hoc habet, solutust. Da aperi. video cistellam.
haecinest?
- Pa istaec est. o mei parentes, hic vos conclusos gero,
huc opesque spesque vostrum cognoscendum condidi. concludere
einschließen, verbergen
spes vo. cog. Hoffnung,
euch zu erkennen
- Gr tum tibi hercle deos iratos esse oportet, quisquis es,
quae parentes tam in angustum tuos locum compegeris. compingere zusammen-
drängen, verstecken
- Da Gripe, accede huc; tua res agitur. tu puella,
istinc procul
dicito quid insit et qua facie, memorato omnia. memorato nenne!
- [...]
- 1154 Pa sunt crepundia. Da ecca video. Gr perii in
primo proelio. crepundia, orum Spiel-
zeug zum Klappern,
Rasseln (als Amulett)
- mane, ne ostenderis. Da qua facie sunt? responde
ex ordine
- Pa ensiculust aureolus primum litteratus. Da dice dum,
in eo ensiculo litterarum quid est? Pa mei nomen patris. ensis Schwert
aurum Gold. litteratus
mit Buchstaben
litterarum quid welche
Buchstaben
securis Beil, Axt.
altrinsecus auf der an-
deren Seite
- post altrinsecust securicula ancipes, itidem aurea,
litterata: ibi matris nomen in securiculast. Da mane.
dic, in ensiculo quid nomen est paternum? Pa Daemones.
Da di immortales, ubi loci sunt spes meae? Gr immo
edepol meae? ubi loci wo

- 1163 *Da* loquere matris nomen hic quid in securicula siet.
Pa Daedalis. *Da* di me servatum cupiunt. *Gr* at me
perditum. sc. servatum esse
cupiunt
- 1165 *Da* filiam meam esse hanc oportet, Gripe. *Gr* sit per me
quidem.
[...]
- 1171 *Pa* et bulla aurea est pater quam dedit mi natali die. bulla goldener Anhän-
ger (als Amulett)
Da ea est profecto. contineri quin complectar non queo. non queo ich kann
nicht contineri sich
filia mea, salve. ego is sum qui te produxi pater, beherrschen
producere zeugen
ego sum Daemones et mater tua eccam hic intus Daedalis.
- 1175 *Pa* salve, mi pater insperate. *Da* salve. ut te amplector
lubens!
- 1184 *Gr* sumne ego scelestus qui illunc hodie excepi vidulum?
aut quom excepi, qui non alicubi in solo abstrusi loco? abstrudere verstecken
credebam edepol turbulentam praedam eventuram mihi,
quia illa mihi tam turbulenta tempestate evenerat.
credo edepol ego illic inesse argenti et auri largiter.
quid meliust quam ut hinc intro abeam et me suspendam
clanculum, se suspendere sich
aufhängen
clanculum = clam
tantisper dum solange
bis
aegrимonia Kummer
saltem tantisper dum abscedat haec a me aegrимonia?

“Alles klar”

- 1210 *Tr* ubi ubi erit, iam investigabo et mecum ad te
adducam simul investigare suchen, aufspüren
- Plesidippum. *Da* eloquere ut haec res obtigit de filia; eloquere = dic!
- eum roga ut relinquat alias res et huc veniat. *Tr* licet.
- Da* dicito daturum meam illi filiam uxorem. *Tr* licet. dicito = dic
- 1215 *Da* sed propera. *Tr* licet. *Da* iam hic fac sit, cena
ut curetur. *Tr* licet. properare sich beeilen

„Verteilung des Fundes“

1375	<i>Gr</i> (spricht <i>La</i> an) cedo sis mihi talentum magnum argenti, peiurissime.	cedo <i>gib her</i> sis = si vis
	<i>Da</i> Gripe, quod tu istum talentum poscis? <i>Gr</i> iuratust mihi	aliqui poscere aliquid <i>von jmd.</i> <i>etw. fordern</i>
	dare. [...] <i>Da</i> qua pro re argentum promisit hic tibi? <i>Gr</i> si vidulum	
	hunc redegissem in potestatem eius, iuratust dare mihi talentum magnum argenti.	redigere <i>zurückbringen</i>
1384	[...] <i>Da</i> quod servo <meo> promisisti meum esse oportet, ne tu, leno, postules te hic fide lenonia uti: non potes. [...]	lenonius: <i>typisch für einen leno</i> (also: Meineid) mancipium = servus
1395	vidulum istunc ille invenit, illud mancipium meum est; ego tibi hunc porro servavi cum magna pecunia. [...]	sc. hunc vidulum
1405	dic mihi quanti illam emisti tuam alteram mulierculam, Ampeliscam? <i>La</i> mille nummum denumeravi. <i>Da</i> vin tibi	quanti <i>für wieviel Geld</i> vin = vis+ne
	condicionem luculentam ferre me? <i>La</i> sane volo. <i>Da</i> dividuom talentum faciam. <i>La</i> bene facis. <i>Da</i> pro illa altera,	condicio luculenta <i>glänzendes Angebot</i> dividuus <i>halb</i>
	libera ut sit, dimidium tibi sume, dimidium huc cedo. <i>La</i> maxume. <i>Da</i> pro illo dimidio ego Gripum emittam manu,	dimidium <i> Hälfte</i>
	quem propter tu vidulum et ego gnata invenit. <i>La</i> bene facis,	gnata = filia
	gratiam habeo magnam. <i>Gr</i> quam mox mihi argentum ergo redditur?	
	<i>Da</i> res soluta est, Gripe. ego habeo. <i>Gr</i> at ego me hercle mavolo.	sc. habeo argentum sc. me habere argentum malo.

AG IV
„Humanitas“

- 168 *Sc* salvae sunt si illos fluctus devitaverint.
nunc, nunc periculumst. unda eiecit alteram.
[...]
- 175 salvast, evasit ex aqua. iam in litore est.
sed dextrovorsum avorsa it in malam crucem. in malam crucem *zum Henker*
hem! errabit illaec hodie! *Da* quid id refert tua?
Sc si ad saxum quo capessit ea deorsum cadet,
errationis fecerit compendium. compendium *Abkürzung*
Da si tu de illarum cenaturus vesperi es,
illis curandum censeo, Sceparnio;
si apud med essuru's, mihi dari operam volo.
Sc bonum aequumque oras.
- Am.* [...] ego quod mihi imperavit
sacerdos, id faciam atque aquam hinc de proxumo rogabo;
- 405 nam extemplo, si verbis suis peterem, duros dixit. extemplo *sofort*
neque digniorem censeo vidisse anum me quemquam anus *alte Frau*
quoi deos atque homines censeam bene facere magi' decere.
ut lepide, ut liberaliter, ut honeste atque hau gravate lepidus *nett*
timidas, egentis, uvidas, eiectas, exanimatas uvidus *nass*
- 410 accepit ad sese, hau secus quam si ex se simus natae!
ut eapse sic succincta aquam calefactat, ut lavemus!
- 413 heus ecquis in villast? ecquis hoc recludit? ecquis prodit?
- 571 *Ch* obsecro, hospes, da mihi aliquid ubi condormiscam loci.
Sc istic ubi vis condormisce; nemo prohibet, publicum est.
Ch at vides me ornatus ut sim vestimentis uvidis:
recipe me in tectum, da mihi vestimenti aliquid aridi
- 575 dum arescunt mea; in aliquo tibi gratiam refero loco.
Sc tegillum eccillud, mihi unum id aret; id si vis dabo: tegillum *Decke*
eodem amictus, eodem tectus esse soleo, si pluit.
tu istaec mihi dato: exarescent faxo. [...]
- 581 *Sc* tibi ego numquam quicquam credam nisi si accepto pignore. pignus *Pfand*
- 839 *Pl* Meamne ille amicam leno vi, violentia
de ara deripere Veneris voluit? *Tr* admodum.
Pl quin occidisti extemplo? *Tr* gladius non erat. extemplo *sofort*
Pl caperes aut fustem aut lapidem. *Tr* quid? ego quasi canem fustis *Knüppel*
hominem insectarer lapidibus? *Pl* nequissimum. nequam *schlecht*

AG V: „Wer den Schaden hat...“

- 361 *Tr* sed nunc ubi est leno Labrax? *Am* periit potando, opinor:
Neptunus magnis poculis hac nocte eum invitavit.
Tr credo hercle anancaeo datum quod biberet. anancaeum *Humpen*
[...]
- 365 *Tr* sed tu et Palaestra quomodo salvae estis? *Am* scibis faxo.
<de> navi timidae ambae in scapham insiluimus, quia videmus
ad saxa navem ferrier; properans exsolvi restim, restis *Seil*
dum illi timent; nos cum scapha tempestas dextrovorsum
differt ab illis. itaque nos ventisque fluctibusque
370 iactatae exemplis plurimis miserae perpetuam noctem;
vix hodie ad litus pertulit nos ventus exanimatas.
Tr novi, Neptunus ita solet, quamvis fastidiosus fastidiosus *wählerisch, heikel*
aedilis est: si quae inprobatae sunt merces, iactat omnis.
Am vae capiti atque aetati tuae!
- 512 *La* eheu! Palaestra atque Ampelisca, ubi esti' nunc?
Ch piscibus in alto, credo, praebent pabulum.
La mendicitatem mi obtulisti opera tua, mendicitas *Bettelarmut*
dum tuis ausculto magnidicis mendaciis. ausculto = audio. mendacium
Ch bonam est quod habeas gratiam merito mihi, *Lüge*
qui te ex insulso salsum feci opera mea. insulsus *geschmacklos, witzlos*
- 529 *Ch* <sc. Neptunus> ne thermopolium quidem ullum | instruit, therm. *Gaststube (für)*
ita salsam praehibet potionem et frigidam. *warmen Wein*
[...]
- 533 *Ch* utinam fortuna nunc anetina | uterer, anas *Ente*
ut quom exissem | ex aqua, arerem tamen. arere *trocken sein*
La quid si aliquo ad ludos me pro manduco locem? manducus *Vielfraß (Typus d.*
Ch quapropter? *La* quia pol clare crepito dentibus. *Komödie)*
[...]
Ch crepitare *klappern*
- 540 *La* tibi auscultavi, tu promittabas mihi
illi esse quaestum maxumum meretricibus,
ibi me conruere posse aiebas ditias. conruere *zusammenscharren*
Ch iam postulabas te, inpurata belua, ditiae = divitiae
totam Siciliam devoraturum insulam? devorare *verschlingen*
La quaenam ballaena meum voravit vidulum, ballaena *Walfisch*
aurum atque argentum ubi omne compactum fuit?
- 586 *Ch* quin abeo huc in Veneris fanum, ut edormiscam hanc crapulam, crap. *Rausch*
quam potavi praeter animi quam lubuit sententiam?
quasi vinis Graecis Neptunus nobis suffudit mare, vinum Graecum *ungemischt*
itaque alvom prodi speravit nobis salsis poculis; alvus *Bauch, Darm*
quid opust verbis? si invitare nos paulisper pergeret,
ibidem obdormissemus: nunc vix vivos amisit domum.

Einführende Literatur zur römischen Komödie

Lore Benz / Ekkehard Stärk / Gregor Vogt-Spira, Plautus und die Tradition des Stegreifspiels, Tübingen 1995.

Horst-Dieter Blume, Einführung in das antike Theaterwesen, Darmstadt 1978.

Konrad Gaiser, Zur Eigenart der römischen Komödie: Plautus und Terenz gegenüber ihren griechischen Vorbildern, ANRW 1.2 (1972), 1027-1113.

Peter Kruschwitz, Terenz, Hildesheim 2004. (auch als Lizenzausgabe bei der WB)

Eckard Lefèvre (Hrg.), Die römische Komödie: Plautus und Terenz, Darmstadt 1973.

Gregor Maurach, Kleine Geschichte der antiken Komödie, Darmstadt 2005.

Peter von Möllendorff, Aristophanes, Hildesheim 2002. (auch als Lizenzausgabe der WB)

Christoff Neumeister, Das antike Rom: Ein literarischer Stadtführer, München 1991 (*Kap. XI Das Marsfeld: Die Theater*)

Niall W. Slater, Plautus in Performance. The Theatre of the Mind, Princeton 1985.

Beatrix Wallochny, Streitszenen in der griechischen und römischen Komödie, Tübingen 1992.